

exercitus: nam et multi milites, qui se uenienti Syllae tradiderant, frustrati <spe pacti>onis, ad priorum ducum castra reuerterunt, quae ante prodiderant.

- (VIII) 49 Inter haec facti sunt Marius septies et Carbo consules: tunc Sertorius de Marii potestate securus Romam uenit et omnium coepit accusare 5
 segnitiam et ex multis promptissimis factis Syllae industriam uirtutem-
 50 que laudare, cui nisi obuiam iretur, actum iam ac debellatum foret. tum
 consules principesque alii factionis tanto uerborum pondere castigati,
 siue ut aemulum ac uehementem negligentiae correctorem ab oculis re-
 mouerent, siue ut feroci prouinciae, cuius infidelitatem timebant, ido- 10
 neum praeponerent ducem, misere in citeriorem Hispaniam, atque ei
 mandatum est, ut transiens res in Gallia transalpina componeret.
- 51 Sed ubi in prouinciam uenit, ita strenue sociorum animos iam deficientes atque alia cupientes in fauorem partium suarum modeste tuendo at-
 que blandiendo perduxit, ut et carus esset et tamen ab omnibus timere- 15
 tur.
- 52 Sed in urbe Sylla et Marius conflixere, atque in ipso certamine Marius
 53 interemptus est, Carbo perditis rebus aufugit. tum Sertorius commissis